

hamata, hamis non acutis, palmaris circiter longitudinis. Ex singulis alis foliorum panicula florum: pedunculi modo uniflori, modo biflori, semiflosculi quinque purpurei similes *PRENANTHI purpureae*.

829. *PRENANTHES viminea*. tab. 52. fig. 2.

ICON. TAUR. Vol. XXIII. tab. 104.

Prenanthes foliorum ramentis cauli adnatis. LINN. spec. p. 1120.

JACQ. *Fl. Austr. tab. 9.*

Chondrilla sessiflora. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 104.*

Lactuca viscosa caule foliis obducto. TOURN. inst. p. 473.

Chondrilla viminea viscosa monspeliaca. BAUH. pin. 130. prodr. 68.

Chondrilla viscosa campoclaensis &c. COL. echphr. part. 1. 240.

Loc. Nascitur in Comitatu *Nicaeensi* prope le Scarene, Sospello, Tenda. Ignatius MOLINERI secus flumen *Bourmida* in Provincia *Aquensi*, & in valle *Augustae Praetoriae* ad muros. *BIENNIS*.

830. *PRENANTHES ramosissima* tab. 33. fig. 1.

Lactuca ramosissima pene lignosa, foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolatis.

ENUM. NIC. p. 87.

Loc. In sabulosis ad maris *Nicaeensis* litus. Cl. BELLARDI locis calidioribus prope la *Castiglia d' Ivrea* nasci affirmat. *BIENNIS & ANNUA*.

DESCR. Haec proxima est *Vimineae*, distincta tamen; *Vimineae* enim triplo majorem altitudinem habet, & ramos habet longe pauciores. Folia radicalia sinuato-pinnatifida: extrema pinnula triangulari, firma non vere runcinata. In *ramosissima* folia radicalia teneriora vere runcinata non ad costam pinnatifida, ut in priori, sed ad medium tantum folii secta, extrema pinnula lineari-lanceolata. In *PRENANTHE viminea* duo, tres, aut etiam quatuor sessiles flores nascuntur, semiflosculi lati lineati flavi quinqueidentati, calycis longitudinem metientes. Calyx veluti duplex; interiores, longioresque semiflosculis suppositae squamae quinque subaequales a quinque alis inaequalibus imbricatis squamis excipiuntur. Folia caulis pinnatifida ad costam subtus obiter pilosa. Folia in *PRENANTHE ramosissima* glaberrima, neque subtus villosa glauca laevia tenera, costa alba. Caulis statim ramosus, ramis erectis simplicibus. Folia ramorum etiam decurrentia lanceolata integerrima. Ex axillis foliorum duo, aut tres flores circiter calyce duplo longiores, quam in *Vimineae*. Calyx cylindricus, ex squamis imbricatis inaequalibus omnibus. Semiflosculi angustiores etiam quinqueidentati.

RHAGADIOLUS. HALL. *Gott. p. 421.* SCOP. *introd. n. 360.* TOURN. *tab. 271.*

Semina radii saepius nuda. Centralia pappo, aut squamis coronata.

831. **R***HAGADIOLUS* *hedypnois*.

Hyoseris (hedypnois) fructibus subglobosis glabris, caule ramoso. LINN. spec. p. 1138.

Hedypnois globulifera. LAM. *Fl. Franc. tom. 2. p. 107.*

Hieracium capitulum inclinans semine adunco. BAUH. pin. 128.

Hieracium florem inclinans. BAUH. hist. II. 1032.

Hedypnois annua. TOURN. inst. 478.

Loc. In vineis, & arvis incultis agri *Nicaeensis* oritur, atque etiam in arenosis secus flumen *Pallion*. *ANNUUS*.

832. *RHAGADIOLUS creticus*.

ICON. TAUR. Vol. XIX. tab. 20.

Hyoseris (cretica) fructibus ovatis scabris, caule ramoso. LINN. spec. p. 1139.

Loc. Secus arva in agro *Nicaeensi*. *ANNUUS*.

833. *RHAGADIOLUS scaber*.

ICON. TAUR. Vol. XV. tab. 97. fig. 3.



f. 1.

f. 2.

Prenanthes compositiflora

Prenanthes compositiflora